Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



48

mandata illius: pacem quam habuit usq; ad consper
gnū. Benedictus deus et Petri apli quoque illius
pater domini nri ihū xpi: qui secundū magnam
miam suam regenerauit nos in spem viuam per
surrectionem ihū xpi ex mortuis. in hēditatem incor
ruptibilem et incontaminatam ⁊ in marcescibilem.
conseruatam in celis in vobis qui in virtute dei custodi
mini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore
nouissimo. In quo exultabitis. modicū nūc si oportet
contristari in varis temptationibus: ut probatio vre
fidei multo pciosior sit auro quod per ignem probatur:
in laudem et gloriam et honorem in
reuelatione domini nostri ihū xpi. Sapientiae
Iustorū anime in manu dei sunt: et non tanget il
los tormentū mortis. Visi sunt oculis insipientū
mori: et estimata est afflictio exitus illorū. et qd
a nobis est iter exterminii illi aūt sunt in pace. Et si
coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorū
immortalitate plena est. In paucis vexati in multis be
ne disponentur: quō deus temptauit eos. et inuenit
eos dignos se. Tanquā aurū in fornace probauit il
los: et quasi holocausta accepit eos. ⁊ in tempore
erit respectus illorū. Fulgebunt iusti. et tanquā
scintille in harundineto discurrent. Iudicabunt
nationes: et dominabuntur populis. Et regnabit
dominus illorum in perpetuum. Sapientiae
Reddet deus mercedem laborū sanctorū suorū: et
deducet illos in via mirabili. Et fiunt illis in velā
mento diei: et in lumine stellarum nocte. Transiuit
illos mare rubrū et transiuerit illos per aquam multam
Inimicos aūt illorū demersit in mare et ab altitudine
inferorū eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia in